



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. LII. De Hibernia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

nera episcopalia, quocumq; essent loco, sine discrimine obierunt, vsq; ad Malcolmi III. Regis tempora, cum suis finibus ac limitibus circa annum 1070. diceceses fuerunt circumscriptæ. Decursu demum temporis hæc apud Scotos stabilita fuit hierarchia, vt duo essent Archiepiscopi, *Sanct-Andreas* & *Glascuensis*: quorum ille Primas totius Scotiae esset, & octo haberet Episcopos suffraganeos, tres verò Glascuensis: vt supra ostendimus.

CAPVT LII.

DE HIBERNIA.

Hibernia, Britannici Oceani insula, vulgò Irlandia, habet quatuor Archiepiscopatus, *Armachanum*, *Dublinensem*, *Cassiliensem* & *Tuamensem*, anno 1151. auctoritate Eugenij III. per Ioannem Paparonem, Legatum Apostolicum institutos vt tradit Baronius. Sed Camdenus ex Philippo Flateburiensi tradit illos anno 1152. institutos auctoritate Apostolica, per Christianum, Episcopum Lismoriensem, Hiberniae Legatum. Illud constat, fuisse olim in Hibernia sedes Archiepiscopales quatuor, Episcopales autem triginta & vnam aut circiter. Ceterum Reges Angliæ dicti fuerunt

Hiber-

Hiberniæ Domini, iam inde à Ioanne Rege, vsq; ad Henricum VIII. qui primus Hiberniæ Regem se scripsit. Quem regni Hiberniæ titulum anno 1550. Paulus IV. Papa confirmavit, cùm Philippus Rex & Maria Regina Legatos Romam misissent, vt tradit idē Camdenus. De Hibernia scripsit Giraldus Cambrensis: quem commentario à se auctū edidit * Richardus Stanihurstus, nuper Serenissimo Alberto Belgarum Principi à Sa-
 cris. Exstat & Hiberniæ descriptio, item que veteres Annales Hibernici apud Camdenū, in Britannia. Qui verò, & quot Episcopi singulis olim Metropolitanis fuerint subiecti, ex subiuncta syllabo Lector discet.

* obije
 an. 1618.
 Bruxel-
 lis.

ARMACHANVS ARCHIEP.
 in Ultonia, & Primas Hiberniæ.

Armach.

Danenſis.	Duy, Doyvne.
Conerenſis.	Conner.
Derenſis.	Derry.
Medienſis.	Mieth.
Clocherenſis.	Clocher.
Ardachenſis.	Ardache.
Kilmorenſis.	Kilmore.
Rapotenſis.	Rapho.
Dromorenſis.	Dromoore.
Cluanenſis.	Kileom.
Dunckeranenſis.	Dondalck.
	DVBLI-

DVBLINIENSIS ARCHIEPIS,
 in Lagenia. *Dublin*, sedes Proregis & olim
 Academia ann. 1320. instituta.
 Huic subesse so-
 lent,

Kilkenniensis, aliàs <i>Offeriensis</i> .	<i>Kilkenny,</i> <i>Offerij.</i>
Kildariensis.	<i>Kildare.</i>
Fernensis.	<i>Ferns.</i>
Lechliniensis.	<i>Leghlin.</i>
Glendelacensis.	<i>Glendelagh.</i>

CASSELENSIS ARCHIEPISC,
 in Momonia. *Cashel.*

Limericensis.	<i>Limricke.</i>
Lismorensis.	<i>Lismor.</i>
Rossensis.	<i>Rosse.</i>
Waterfordiensis.	<i>Waterford.</i>
Emliensis.	<i>Emmelen.</i>
Corcagiensis.	<i>Corcke.</i>
Limbricensis.	<i>Lymbrick.</i>
Clonensis.	<i>Clon.</i>

TVAMENSIS ARCHIEPISC.
 in Connacia. *Toam*. Suffraganei,

Duacensis.	<i>Galuben.</i>
Achadensis.	<i>Achade.</i> <i>Alach-</i>

Alachdensis.	<i>Alache.</i>
Oifinensis.	<i>Oifin.</i>
Roscomensis.	<i>Roscoman.</i>
Clonfertensis.	<i>Clonfert.</i>
Killaloensis, à quibusdam additur.	<i>Killaloe.</i>

Hiberni duo habent insignia Collegia in Hispania, nimirum Salmanticæ & Compostellæ, Societatis Iesu Patribus commissa, itemque vnum apud Belgas in Academia Duacena.

Habent item Franciscani Hiberni insigne monasterium Louanij, quod anno 168. à fundamentis extruxerunt; fauente in primis Serenissimo Archiduce Alberto, Belgarum Principe, qui primum in templi fundamentis lapidem posuit. In hoc monasterio primùm editus est Catechismus lingua Hibernica: cuius characteres prorsus diuersi sunt ab omnibus Europæis.

Ceterùm Hiberni, quasi naturæ quodam ductu, & spontanea inclinatione, Religionis Catholicæ sunt studiosissimi: vt non immeritò Hibernia iam olim *Insula Sanctorum* speciali nomine fit nuncupata.

